



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CXXII. Promotio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

gant, si ea non extiterit, secus si à conditione recedatur, *cap. de illis 3. & seq. extr. de condit. apposit.*

XVI.

Promissi transgressor non est, per quem non stat, quo minus faciat, *cap. beatus 5. 22. q. 2. c. si cunct 2. extr. de sponsal.*

XVII.

Promissio non infringitur, cum in meliora commutatur, *cap. pervenit 3. extr. de injur. vid. infr. lib. ult. cap. votum.*

XVIII.

Promissum beneficium redintegrari debet, non minui, *cap. per tuas 5. extr. de donat.*

XIX.

Promissio intelligenda est secundum conditionem personæ cui promittitur, *l. 69. §. 4. de Jure Dot. l. 12. §. 4. de Usu & habitat.*

XX.

Promissum sub conditione non debetur nisi ea impleta, *Mev. Conf. 1. n. 70.*

XXI.

Promissum non obligat nisi acceptetur, *Mev. Conf. 91. n. 53. & P. 2. Dec. 141. n. 1. Est tamen actio ex promisso, licet promissum non statim acceptatum, sed post. Mev. P. 2. Dec. 241.*

CAP. CXXII.

Promotio.

Axioma I.

Promotio est de minoribus ad majus, *c. legimus 24. in fin. dist. 93. c. si officia 2. c. ult. dist. 59.*

II.

Promovendi non sunt nisi probati & ad severam normam explorati, *Perez. ad tit. C. de Professor. qui in urbe Constantinopol. n. 6.*

III.

Quando promovetur indignus, & promotus & promovens puniri debet, *c. nihil est 44. extr. de Elect. illegitime autem natus plane promovendi non debet, c. accedens 14. extr. de purgat. canon.*

IV.

Promotio spiritualis interdum admittit pacta honesta, *cap. Eleutherius 18. 30. quest. 2. cap. ult. 10. quest. 3. nunquam verò inhonesta, c. quam pie 2. l. quest. 2.*

CAP. CXXIII.

Propinquitas.

Axioma I.

Propinquitas sanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur, *cap. Lex divina 18. 27. quest. 2.*

II.

Propinquitas familiaritatis & dominationis affectio veritatem impedire solet, *c. accusatores 8. 3. q. 5.*

CAP. CXXIV.

Proportio.

Axioma I.

Proportionale unum sicut se habet ad aliud, ita aliud ad reliquum, per *Instit. quod cum eo qui in alien. potest. junct. §. que diximus. eod. tit. l. sufficit 56. ubi gl. in verb. ita prorsus. ff. de condit. indeb. l. si filiusfam. 14. ibique gloss. & Bald. ff. si cert. peratur. l. de quibus 32. ibidem gloss. Angel. ff. de Legib. l. qui quadringenta 2. ff. ad Trebell. l. Marcellus 3. eod. l. si ita scriptum 13. in pr. ff. de liber. & posth. Oldrad. conf. 121. in decis. 1. q. 5.*

Declaro procedere regulam, quando per omnia proportionalia sunt ejusdem rationis & conditionis, secus si sint diversa, *Bald. in l. si emancipati. C. de collat. Aliqua enim possunt convenire & esse proportionalia respectu effectus & causæ similis, & tamen non esse proportionalia respectu initii obligationis vel actionis. d. l. sufficit. 56 ff. de condit. indebit. Everhard. in loc. Top. loc. à proportionem. n. 4.*

II.

Proportio in omnibus est tenenda, præsertim in impositione tributorum, ita ut tenuiores fructus percipiunt minus quam opulenti contribuat, *Perez. C. de Annon. & Tribut. numer. 15. 18. & in mensuratione præmiorum secundum proportionem laboris l. 8. §. 3. de Excess. Tut.*

CAP. CXXV.

Propositum.

Axioma I.

Propositum in mente retentum nullum parit effectum, *l. si majores 25. C. de transact. l. si repetendi 7. C. de Condit. ob causam. l. ult. C. de posthum. hered. Instit. Welenb. in parat. ff. de pact. num. 8. tanquam partum abortivum, late Tiraquell. in l. si unquam. verb. liberatus num. 19. Cod. de revocand. donat.*

Intellige, scilicet quando ex nulla conjectura vel circumstantia apparere potest, secus enim est in iis, quæ etiam tacite colliguntur ex generatim actis, *Anton. Gabr. lib. 6. commun. opin. de Reg. Jur. conclus. 4. vel natura rei, l. rogasti 17. §. si tibi 1. ff. de reb. cred. l. 2. §. circa 3. de Except. doli. l. item quia 4. §. 1. ff. de pactis. l. interdum 73. in princip. de V. O. vel aliunde aliquo modo conjiciuntur acta esse, ut eleganter post Detium numer. 5. declarat Cagnol. in l. semper 34. de Reg. Jur. numer. 2. 3. & 4. ubi ostendit id verum esse, non tantum in iis, quæ veniunt tacite ex Lege, verum etiam ex contrahentium voluntate & sententia, *l. ex empto 11. in princip. ff. de act. empt. Welenb. conf. 51. n. 62. Adde & limitationem apud Welenb. C. C. de reb. cred. num.**